Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8261
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

semen quare Auic dicit quod dau
cus est semen baucie silvestris De
complexione nota quod est ca. et sic. in
tercio. Verum dicunt doctores quod ca
liditas excedit siccitatem De ope
ribus nota quod solum daucus habet proprie
tatem in provocando urinam, ymo
est medicina sublimior in hoc casu
Item valet ad provocandum menstrua. Item
valet ad removendum apostemata dura
frigida quia subtiliat et resolvit materiam
Item valet contra venenum reptile. mul
tum valet et eciam contra alia venena
applicatus per modum emplastri. Item
provocat coitum quia incitat sua ca
liditate naturam

Elnest est arbor lauri
sive arbor baccas lauri
producens et sunt species
Una est masculus alia femella
Femella producit baccas lauri
Masculus vero non sed producit flores
odoriferos De complexione nota
quod est ca. in 3º et sic. in secundo De
operibus nota in capitulo de l. ubi
tractatur de Lauro.

Ensis alio nomine gladiolus
dicitur. et est herba cuius
folia a temporibus assistant
et in summitate habet duo capitella
De complexione nota quod est ca.
in primo sic. in secundo De operacio
nibus nota quod succus sit ex eo quod
melior est ipsa planta quia succus
removet allopiciam ex sua proprietate
Item mollificat apostemata dura, et pro
hibet apostemata indurari

Elgiti hermetis est flos
hermodactili de quibus
in capitulo suo invenies ab h.

Elgiti citrini sunt branca
ursina que sigata est ad dispoci
cionem vole manus De complexione
nota quod est ca. et sic. in secundo

De operibus nota quod habet proprie
tatem mundificandi cutem Unde
cum furfuribus decoquatur et cum
aqua decoctionis lavetur facies Et
valet ad mollificandum et ad re
solvendum vide in capitulo de B.

Diptamus est planta folia
similia habens appio Unde
sunt illa grossiora et
magis ad albedinem declinata
et habet stipitem a terra sublevatum
durum existentem et radicem habet satis
grossam ad albedinem declinatam
et utimur eius radice Et ergo qui
scribit Recipe diptamum tunc radix debet
sumi. licet in folys vincis multa sit
tamen in radice est forcior De
Complexione nota quod est ca. et sic.
in tercio Auic 2º canon facit men
cionem de complexione De operibus
nota quod valet contra venenum. Unde
est medicina bezardica, Unde
in morsu serpentis ponatur pul.
verisatus et in potu cum succo men
detur. et si cum genciana et alys
ponitur fit bona triaca, Item
succus eius frangit venenosa Item
in pestilencia valet principue tempore suo
quia sua caliditate et siccitate consumit
materias putridas et frangit eas
et quamvis habet tales medicine sim
plices. que valet contra venenum
inter quas ponitur diptamus Et
valet contra nocumentum stomachi repleti
ex materia flatica. membra nervosa
enim confortat. et cum stomachus sit mem
brum nervosum valet ymo dicitur mac
qui mediam cum multum valet Item
provocat menstrua Item provocat con
tam exhibitus per os quam eciam
per viam suffumigy. quam eciam
per viam nascalis Item valet
ad educendum secundinam fetum
mortuum. Un nascale fetum ex eo